



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De modo concedendi indulge[n]tias in particulari. c. 24.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

*De modo concedendi indulgenti.  
as in particulari Cap. 24.*

**P**lures sunt modi concedendi indulgentias, \* primus est, cum plenaria conceditur, nempe qua peccatorum mortalium & venialium poena condonatur integrè, ita ut nulla amplius supersit solvenda, neque in hoc mundo, neque in purgatorio, unde inter plenam, pleniorè, & plenissimam, nulla videtur in re differentia. \* Secundo. Conceditur indulgentia limitata, id est, indulgentia tertiae, & quartae partis peccatorum, & tunc intelligitur pro condonatione tantae partis poenae peccatorum, quantum significatur. \* Tertio Quando significatur limitata respectu temporis, ut centum, vel mille annorum, & tunc remittitur tota illa poena quae remitteretur secundum Dei iustitiam, si homo toto illo

tempore pœniteret secundum  
 præscripta Canonum & conse-  
 quenter pœna purgatorii, ei res-  
 pondens. \* Quarto. Cum ultra cer-  
 tum annorum tempus, numerus  
 additur quarantenarum, quæ erant  
 certi quidam dies intra eosdem  
 annos comprehensi, in quibus  
 iuxta antiquorum canonum nor-  
 mam. erat grauior pœnitentia sub-  
 eunda. \* Quinto Quando indul-  
 gentia cõceditur, tot annorum, vel  
 plenaria, & additur cum tertia,  
 vel quarta parte peccatorum: &  
 aliquando etiam à tota pœna, &  
 culpa: sed tunc per culpam, & ter-  
 tiam, vel quartam partem pec-  
 catorum, intelligi possunt venia-  
 lia, quæ remittuntur ex vi boni  
 cuiusdam operis iniuncti, & per  
 modum cuiusdam sacramentalis  
 ad hoc ab ecclesia cõstituti. \* Sex-  
 to. Per modum Iubilei qui mo-  
 dus non differt ab indulgentia ple-  
 naria à culpa, & pœna, nisi in ad-

iun-  
 conc  
 casib  
 mut  
 conc

De

P

ti ve  
 quac  
 dedi  
 Papa  
 tuas  
 rales  
 indu  
 dere.  
 Lega  
 pisco  
 in su  
 tem p

iuncto, quia videlicet in Iubilæo conceditur facultas absoluendi à casibus reservatis, & vota commutandi. quæ olim nisi rarissimè concedebatur.

*De Concedente Indulgentias.*

Cap. 25.

**P**apa, & Concilium generale tantum, possunt indulgentias plenarias concedere. Legati verò, Archiepiscopi & Episcopi quadraginta tantum dierum; & in dedicatione Ecclesiæ vnius anni. Papa, Concilium & Legati, Perpetuas constituere possunt, alii temporales, præter Legatum, qui potest indulgentias suas perpetuas reddere. Papa per totum mundum Legati in sua Legatione, Archiepiscopi in sua prouincia, Episcopi in suo Episcopatu, Cardinales autem prout à Papa eis conceditur.